ferret si aliorũ casus inspiceret cuius dolores scriptis
lenire studerẽ. sed vereor ne prurienti ocello confrica
tio sit molesta quo potius nil aliud agerem q̄ꝫ augere
luctꝰ et renouare dolores Etiã nõ ẽ aptꝰ ꝯsolator quẽ
ꝓprij gemitus vincunt. cuiꝰ visceribus mollitis fracta
in lacrimas verba dissudant' Sed vale cogor epistolã
claudere papirũ qꝫ et oculos a lacrimis abstergere.

¶ Responsio ad eplam p̄cedentem.

¶ Ea quã mihi vellẽ salute p̄missa Recepi literas tuas
vir optime doloris nõ vacuas amoris plenas quibus
inspectis mox mixtꝰ lacrimis dolor. mihi incaluit vbi
nepotulꝰ tuꝰ qui dũ sui patris corpis pulcerrima lini
amenta exprimit nõ eius virtutẽ nec animi eius imagi
nem pre se ferre dignat' ꝫ honoris ꝓprij ꝓdigus omni
pudore depulso a virtute pedẽ retraxit. indulsit vicijs
hisqꝫ indurnit atqꝫ adeo vt eius patrẽ virũ grãdeuũ
multa maiestate venerãdũ grauiter offenderit suamqꝫ
castigatõnem nõ excusatõne ꝫ fuga vitauit quo eũ ma
gis suspicor metu vel tractu q̄ꝫ ꝓprio nisu errauisse. ha
bet effigiẽ oculis tã gratã vt vel celo' elapsus vel de/
orum semine natꝰ apareat. nam in eiꝰ aspectu nõ tã
humani q̄ꝫ diuini specimẽ decoris effulget. Nõ solẽt vi
cia tam decora sede locari dolebit senex si iuuenis a vi/
cijs ceptis pedẽ nõ retrofaciat Est mihi suspicio ꝙ cer
to loco lateat. qđ ꝑ famulos meos hac nocte scrutari
faciã. Luna eĩ iã ꝑnox est que gratũ obsequiũ p̄stabit
euntibꝰ Scio qđ petas. qđ pr̃ optat dabo opã amboꝝ
votis ꝯgruã. Uale. lõgior essem ꝫ somnꝰ fur oculi q̄ui
dum mihi caput effecit

¶ Scribit auũculꝰ filio ꝓfugo iducẽs vt redat.

¶ Salutis piũ desideriũ loco salutis Fili nescio vbi

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-ii-88/0170
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG